





1765 6  
7

ORDINIS IVRIDICI  
IN  
ACADEMIA VITEMBERGENSI  
H. T  
**DECANVS  
CHRISTIANVS  
HANACCIUS**

I. V. D  
COD. PROFESS. PVBLICVS CVRIAЕ PROVINC  
SCAB. ET FACVLTATIS IVRID. ASSESSOR  
SVIQVE ORD. SENIOR

LECTORI BENEVOLO

S. D. P

ORDINIS HIRDIIC  
ACADEMIA ALTMERGENSI  
DECANUS  
CHRISTIANUS  
HANAGCIUS  
SCHOOL OF SENIOR  
COLLEGE OF CARLTON COLLEGE  
SCHOOL OF GRADUATES MARY ASSEMBLY  
THEOLOGY BENEDICTINE



raefectorum officium admodum ho-  
norificum esse facile colligitur ex  
illius grauitate in administrandis ua-  
riis partibus, ad custodienda summi

Principis iura pariter atque conseruandam salutem pu-  
blicam pertinentibus, quas omnes strictim ac succin-  
ete recensere Instituti ratio haud efflagitat, cum in  
primis W A B S T in seiner historischen Nachricht von  
der Justizverfassung in Sachsen, *Sect. II. Cap. XII. f. 7.*  
de hac re plura iam dixerit, Clarissimus quoque Can-  
didatus, de nobili hoc arguento, alteram Dispu-

tationem postea scribere promisit. Vbi quidem  
praecipuum argumentum eo redire uidetur, quod  
Praefectis a Serenissimo, summo Principe, in his uel  
illis pagis ac circulis omnium subditorum suorum, im-  
mediatorum, prouida et religiosa conseruatio sancte  
arctisque positis officii regulis imposita sit. Huc, pae-  
ter caetera, referri merentur, quae HORNIVS in  
Lebens und Helden geschichte des glorwürdigsten Für-  
sten und Herren Herrn Friedrich des Streitharen 7.  
Abtheilung s. 6. pag. 282. adduxit, ibi: Nicht allein war  
das Ministerium Churfürst Friedrichs zu Hofe nach  
Beschaffenheit selbiger Zeiten so ziemlich splendide und  
zahlbar, sondern es hatte auch Derselbe durch seine Pro-  
vinzen noch einen weit stärkern Numerum von Beam-  
ten und Dienern vertheilet, welche theils Recht, Ruhe  
und Ordnung handhabeten, theils denen fürstlichen In-  
tradien vorstunden rc. Idem ibidem: Diesem seze bald

zur

zur Seiten die vielen Vögte und Ambtleute, so auch zuweilen, obwohl sehr selten den Nahmen der Burggrafen trugen, waren gemeinlich von Adel, standen in grosser Autorität und hatten in Streitsachen, so weit ihre Praefectur reichte, die erste Instanz, damit die Landesherl. Curie selbsten nicht in allen Kleinigkeiten angelaußen würde, pflegten ingleichen nebst den Räthen, so dem Hause beständig adhaerirten, zu den Negotiis publicis und Berathschlagungen gar oft mit gezogen zu werden. Quod sapiens iste Princeps passim constituit atque in Cod. Frideric. ab Hornio collecto Fol. 604. seqq. Friderici bellicosi uitae subiuncto, inuenitur, sequentibus temporibus studiose asseruatum atque quemadmodum cuiusuis temporis rationes postularunt, emendatum est, ut multa egregie constituta inde merito hodie repetenda sint. Sed omnes admodum ardui muneris huius partes modo commemorare obi-



terque tantum explanare ut a me hic expectentur,  
Institutum haud patitur, cum haec Clarissimo Candi-  
dato in Dissertatione hac et altera merito potius re-  
linquenda et ab eius singulari diligentia expetanda sint.

Verum de Praefectorum dignitate hic non nihil  
differere operae pretium esse duco. Quemadmodum  
in quavis ciuitate ac republica ciues ad suscipienda  
ac perficienda uaria conamina, quibus salus publica  
patriaeque honor ac dignitas iuste distributis honeste  
alliciendi et commouendi sint, ita Praefectorum quo-  
que dignitas, suis meritis merito aestimanda est at-  
que fulget et ab aliorum remissoribus benemeritis  
a Principe, omnium dignitatum fonte, sapienter di-  
stinguenda est. Ut itaque genuina fundamenta digni-  
tatis et honoris Praefectis, approbante summo Prin-  
cipe, congruae cognoscantur, Instituto prodesse uide-  
tur, ut hic passim superioribus temporibus occurren-

tes

tes Praefectorum variae appellationes hinc inde ex-  
aminentur, explorentur et quoad commode fieri pot-  
est, nostro tempore scite applicentur. Magnum  
omnium huc spectantium synonimorum numerum Cla-  
rissimus Candidatus in §. II. operose in uniuersum ad-  
duxit. Sed cum haec omnia sine locorum, regio-  
num, diligenter facta distinctione, an rebus Saxoniciis,  
pari modo conueniant, promiscue non potest asseri,  
qua de causa tantum non nulla Praefectorum syno-  
nima, sub breve examen paucis mittam. Praeter re-  
liqua synonima unum tantum ad illustrandum Institu-  
tum assuumam. In primis uero Praefecti, approbato  
superiorum temporum stilo, appellabantur Vogte,  
Bisthumi, Comites, Grauiones, sed reliqua u. g. Sa-  
trapae, non adeo congrue olim poterant nominata-  
ri, quemadmodum iam Ornatisimus Candidatus in  
§. II. sub nota a) probe obseruauit, addat. REYHE-

R I Thearr. Romano Teuton. sub verbo *satrapa*, id quod etiam plurimis testimoniosis posset comprobari. Sed non minus appellatio *Bizthum*, quod non nulli in *VICE REGES* uertunt, dignitate Praefecti cuiusdam iusto major esse uideri posset. Verum locutio haec honorifica suo modo omnino potest admitti, conferri hic meretur M A R C. A N T O N. S V R G E N T I S *Disp. de Praefecti Praetorio et reliquorum antiquorum Magistratuum cum VICE REGE et aliis Magistratibus nostri temporis comparatione Venet. 1603. et Neapol. 1602.* Plura de dignitate et Iure Proedriae Praefectorum in Ornatissimi Candidati Disputatione §pho ultimo accurate scripta sunt et ne eiusdem praesens et futurum laudabile Institutum a me hic turbetur, alia praeter illa merito hic adducere supersedeo, sed ad ea conuertor quae in honorem Politissimi Candidati academico more scribere restant, Clarissimus enim Candidatus ordini nostro summos

in

in utroque Iure honores ambiturum esse et honestum  
 desiderium et officiosissimas suas preces patefecit.  
 Pro singulari eiusdem et diligentiae et eruditionis lau-  
 de quam ille iam antea sibi comparauit, non potui-  
 mus non rogationibus honestissimis istis locum relin-  
 quere. Admissus itaque, postquam ante aliquos an-  
 nos primum iam sustinuit, nunc quoque alterum, quod  
 rigorosum uocant, examen, subiit, ubi legalem suam  
 scientiam copiose solideque nobis comprobauit, pul-  
 cherrimeque stetit. Verum ut quam prudenter et  
 laudabiliter res suas ad metam spectantes, cum in Aca-  
 demia, tum deinceps porro, semper disposituerit, ex  
 eiusdem uitae curriculo ab ipso hic nobis communi-  
 cato, cognoscere beneuolus Lector haud grauabitur.

b

Ego

Ego CHRISTIANVS GOTTLIB HOMMELIVS  
hac in musarum sede d. XXVII. April. anno orbis  
redemti cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> cc XXXVII. patre FRIDERICO GOT-  
LIB HOMMELIO, Aduocato et diuersorum locorum  
iusticiario, praematura morte mihi iam anno 1751. erepto,  
et matre MARIA SALOME GEMELICHIA, quae  
mortalitatem etiam ante triennium iam expleuit, lucem  
aspexi primam. Hisce parentibus pie ac liberaliter edu-  
catus, et priuatis maxime institutionibus instructus, Scho-  
lam Vitembergensem frequentaui, et praeter alios M.  
S C H M I D I V M, quondam Correctorem, nunc uero Pa-  
storem Ransdorfensem meritissimum, et Excell. HILLE-  
R V M, tunc Rectorem, nunc Poëseos Professorem et alu-  
mnorum electoralium Ephorum hac in alma celeberrimi-  
num, per sexennium fidelissimos agnoui praeceptores.  
Quot fructus ex institutionibus Exc. HILLERI percep-  
rim, et quam singulari amare me prosecutus fuerit is Pa-  
tronus optimus, tum demum cognoui, postquam scholam  
cum aliis condiscipulis, qui omnes nunc in munib[us] praefun-  
t sacris, relinquenter, et musas Academicas Rectore

Magni-

Magnifico RIVINO iam an. 1753. in album studiosorum  
receptus, an. 1755. auscultare inciperem. Heu! quam  
intellectu faciles mihi fuere praelectiones Philosophiae iam  
in schola perceptae. Commoda institutionis HILLERIA-  
NAE et in iure animaduerti, quoties de antiquitatibus ro-  
manis differebatur. Ut ita, quam diu in uiuis ero, hanc-  
ce fidem et comitatem huius optimi uiri in me colloca-  
tam gratissima agnoscere mente nunquam desinam. In  
omnibus Iurisprudentiae partibus inter defunctos pree-  
ptores habui b. C R E L L I V M , R I V I N V M , M E N C K E-  
N I V M , quorum beneficia gratissima adhuc mente remi-  
niscor. Quid dicam uero de adhuc uiuentibus, quibus  
Nestoris annos omniaque felicitatum genera appreco, *Ill.*  
*Magnif. C H L A D E N I O , H A N A C C I O , K R A V S I O , F I-*  
*S C H E R O et W E R N H E R O .* Certe ab eo tempore, quo  
illis summis uiris, quos fama iam dudum inter ICtos  
principes adscripsit, innotescere fortuna dedit, ita me ex-  
cepérunt, ut dubium mihi sit, an magis comitatem in lo-  
quendo, facilitatem in audiendo, lenitatemque in decer-  
nendo admirer. Auscultatis et repetitis collegiis nil ma-

gis in deliciis habui, quam si examinatoria et disputatoria collegia frequentare, aut in publ. Disputationibus munus Opponentis capessere poteram. Quo etiam factum est, ut an. 1760. Disputationem proprio marte elaboratam *de Privilegiis Clericorum in sponte resignantem uel rematum non radentibus*, sub praesidio b. RIVINI habere, et mox examina publica pro Notariatu, Praxi, et Candidatura Iuris felicissime sustinere potuerim. Quibus peractis per duos annos, iura ad facta applicare, ipsumque auditum et lectum modum in iudiciis procedendi, sub moderamine consultissimi D. SCHLOMACHII, in succum et sanguinem convertere allaborauit, et certe huius Fautoris optimi benevolentia in me tanta fuit, et adhuc durat, ut et nunc gratissimum animum uerbis exprimere nequeam. Post aliquot tempus in numerum Aduocatorum, edito specimine, adscribebar, et per plures annos iam praecepit Collegiis studiosae iuuentuti habendis uacanii, auditorumque ingenia tam docendo quam examinando disputandoque locupletare studui. Hocce uitiae genere silentio praeterire nequeo illa amoris benevolentiaeque genera gentis

illu-

illustris H O M M E L I O R V M Lipsiae adhuc floren-  
 tium. O FERDINANDE AVGVSTE! qui ad  
 coelites nuper maximo dolore meo transiisti, quantus tuus  
 erat ardor, me felicem conspiciendi? non possum non  
 in tumulum tuum hodie flores spargere largissimos. In-  
 terim uiuis adhuc in posteris, praesertim in filio ILL.  
 CAROLO FERDINANDO, qui in ordine suo sum-  
 mum honoris fastigium nunc tenet. Certe si huius illu-  
 stris uiri merita, et benignitatem adhuc perennem enco-  
 miis satis celebrare uellem, uerba non sufficerent, pro di-  
 gnitate debitas persoluere grates. Nec minus in uiro  
 ILL. IVNGHANNSIO, Consiliario Commissionum  
 et Praefecto Beltic. video Patronum, a quo semper maxi-  
 ma beneuolentia ornatior discessi. Floreat uigeatque do-  
 mus sua, quam omni felicitatis genere dignissimam iu-  
 dico. Tandem secundo, quod uocatur rigorosum, ex-  
 amini me obtuli, et hoc non sine approbatione transacto,  
 potestas mihi facta, cathedram ascendendi, et publico spe-  
 cimine inaugurali me exhibendi.

b 3

Sed

Sed nunc restat eiusdem Disputatio Inauguralis  
solemnis, quam me Praeside die XX. Maii.

*De Praefecturis earumque Origine in Germania habi-  
turus est. Admodum laudabile et honorificum hoc  
Institutum, ut ipsi ubique ex uoto feliciter succedat,  
ea, qua par est, animi sinceritate cum omnibus optimis  
et cordatis amicis, religiose appreco.*

Quare quod ultimum est, ILLVSTREM MA-  
GNIFICVM ACADEMIAE RECTOREM, PA-  
TRES CONSCRIPTOS, DOCTORES ATQVE  
ASSESSORES OMNIVM ORDINVM PRAE-  
NOBILISSIMOS AMPLISSIONESQUE HOSPI-  
TES, CIVES GENEROSISSIMOS NOBILISSI-  
MOSQUE obseruantia atque officiorum decenti pol-  
licitatione et meo et Collegii nomine, ut Disputatio-  
nem istam, honorifica sua praesentia cohonestare at-  
que

que honori et Instituto Politissimi Candidati, more  
suo, fauere haud deditgentur, enixe oro rogoque.  
Hoc singularis fauoris amorisque documentum et ego  
et Clarissimus Candidatus nullo non tempore  
grati animi testificatione custodire  
annitemur.

---

P. P. Vitembergae, die Dominica Iubilate die 28.

April. an. part. Sal. c/o Icc LXV.

---

VITEMBERGAE  
TYPIS IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHII



172 \* 172

die honore de jussione pontificis cardinalis more  
hoc unice per qd' mense, quae oboe  
hoc legatis tunc sacerdotum docemur et ea  
et chilicim cypriani nullo non refutare  
hunc enim religiosissime confessio

subiectum

¶ P.M. in operibus, qd' dominica huius die  
Abiit ex his se dicitur.

ATTEMPTA  
THERIOTICUM TESTIMONIUM



Wittenberg, Diss., 1765-66  
X 22842 94

ULB Halle  
007 439 563

3



v318





1765 6  
ORDINIS IVRIDICI  
IN  
ACADEMIA VITEMBERGENSI  
H. T  
**D E C A N V S  
C H R I S T I A N V S  
H A N A C C I V S**  
I. V. D  
D. PROFESS. PVBLICVS CVRIAЕ PROVINC  
CAB. ET FACVLTATIS IVRID. ASSESSOR  
SVIQVE ORD. SENIOR  
LECTORI BENEVOLO  
S. D. P